

18.\* Ex nobilissimis igitur progenitoribus, Rudolpho scilicet gloriosissimo rege et Adelheida praeclarissima regina, matertera videlicet Heinrici quarti<sup>1</sup> imperatoris, exiit stella luciflua filia eorum Adelheida regina, quae nupsit regi Ungariorum nomine Colmanno. Quae nobilissima regina locum nostrum amore eorum, atque exemplo parentum suorum multis atque magnificis extulit donariis. Nam progenitores sui locum istum praediis suis aliisque innumeris beneficiis ditaverunt, protexerunt auxiliando, auxerunt protegendo. Ex quibus mater eius post multas eleemosynas isti loco subministratas, aliis praehabitis<sup>2</sup> nobilissimis locis, etiam hic corporis sui exuvias terrae mandare maluit. Cuius filius Bertholdus strenuissimus dux, frater dilectae reginae nostrae, et ipse praediis amplissimis huic loco traditis, cum [fol. 10<sup>b</sup>] fratre suo Othone nomine elegit hic diem iudicii exspectare. Quos omnes, quamvis haereditario jure subsequeretur regina nostra, saepius cum magno honore nominanda cum praecessit omnes decore multiplicium.

19.\*\* Ac nobilium donariorum, misit namque nobis lignum pretiosum et admirabile, per quod et diabolus est victus, mundus totus redemptus, vitale, inquam, lignum, quod dignum fuit portare vitam, et pretium huius saeculi, crucem splendidiorem cunctis astris mundi, in qua triumphavit rex angelorum\*\*\*. Misit pariter et septuaginta aureos ad deaurandum, et decorandum, pretiosum lignum<sup>3</sup>, nec non et duo pallia admodum exquisita. Quae nimirum donaria suscepit dignissime venerabilis abbas Giselberthus. Lignum vero pretiosum summa cum diligentia cum suis omnibus solemniter et laetabunde accepit, sicut asseruerant hi, qui tunc tem-

poris praesentes interfuere\*. Postmodum vero, permitte occulto<sup>1</sup> dei iudicio, minori diligentia et honore est habitum a posteris eorum, in magnitudine speciei dubitantibus<sup>2</sup>, cum scilicet nusquam locorum tantam eiusdem ligni quantitatem quisquam se vidisse meminerit, non id attendentibus aut nescientibus, quod regina potentissima, quidquid in saeculo fuit, praestantissimum, quam optime potuerit adipisci, praesertim cum et nobis\*\* sit relatatum, unde et quomodo id ei divina gratia contulerit: Frater quippe regis, mariti scilicet sui, sicut ipsa nobis denunciavit idem venerabile lignum pro munere ei contulit, quod ipsa, utpote sanctissimum omnique honore excolendum, multo tempore religiosissime conservavit: Postmodum vero divina gratia instigante ad locum nostrum, quem adprimo dilexit, cuique etiam semetipsam, si concederetur, dedere praecipit<sup>3</sup>, pro summo et maximo dono transmisit, plurimum adstruens, id vero lignum esse, in quo pro salute hominum conditor orbis pependit, et eam partem ligni esse, per quam clavus dominicae manus sanguine imbutae penetravit. Nec hoc silenter praetereundum reor, quod Christus Jesus eandem reginam de huius mundi Aegypto in inventione sanctae crucis ad terram [fol. 11<sup>a</sup>] viventium transtulit, quasi scilicet cultum, quem suae s. cruci impendit, nonnisi in eiusdem salvatoris ligni festo voluerit remunerare\*\*\*.

20. Igitur usque ad tempora domini Guntheri †, reverendissimi abbatis, in tali abiectione, sicut praediximus, venerabile lignum permansit. Qui venerandus abbas, cum esset solertissimus in omni spiritali studio, coepit secum revolvere, qualiter ad agnitionem certitudinis veniret, ut amodo debita reverentia dulci ligno exhiberetur. Idcirco Bertholdo reverendo priori de Sulz-

<sup>1</sup> Auf dem Haupte: Nota bene: quinti. Der Chronist hat Recht, weil Heinrich I. nicht Kaiser war. <sup>2</sup> Der Sinn verlangt posthabitis. <sup>3</sup> lignum, §f.

pretio veneant, exornavit. In postica quoque facie sacras reliquias per forulos pulere dispositas inclusit cum insculpta hac adhuc dum extante inscriptione: domnus Guntherus abbas paravit (paravit?) hanc crucem. Multo pretiosorem vero chirothecam, cui varii generis gemmae, diamantes, rubiui, smaragdi, topazii numero mille trecentae triginta et octo insertae sunt, fieri fecit Romanus abbas anno 1688. Brömmel in seinen genealogischen Tabellen nennt Sabislaus I. Gemahlin Adelheid die Tochter des Herzogs Berthold I. von Zähringen. — Ueber die Kreuzpartikel siehe Gerbert, his. Sylv. Nigrae I. p. 385, 386.

\* Handnote Herrgotts: Adelheida regina Hungariae.  
\*\* P. G. Meyer schrieb auf den Rand: frustum crucis dominicae nostro dono coenobio datur a regina Ungariae.

\*\*\* Diese Stelle enthält Anspielungen auf einen alten Hymnus. S. Mone, latein. Hymnen I, 145.

<sup>1</sup> occulto, §f. <sup>2</sup> dubitantibusque, §f. <sup>3</sup> praecipitaret, §f.

\* Dieser Satz läßt vermuten, daß der Verfasser der ersten Aufzeichnung den Bericht von Augenzeugen folgte, also im 12. Jahrhundert seine Notizen niederschrieb. Das stimmt mit der Nachweisung überein, daß erst im 12. Jahrh. das officium proprium s. Blasii in St. Blasien eingeführt wurde.

\*\* Ist nicht der Verfasser, sondern das Kloster St. Blasien und die im 11. Jahrh. daselbst lebenden Mönche gemeint.

\*\*\* Nach dieser Stelle ist die Königin Adelheid von Ungarn am Feste der inventio s. crucis am 3. Mai gestorben. Die Quelle für diese Angabe war ohne Zweifel das alte Necrolog von St. Blasien von 1025—1190. S. Band 3. S. 616 f. gbe.

† August 1141 bis Januar 1170. Dieses stimmt auch mit der Beobachtung überein, wonach im 12. Jahrh. das officium s. Blasii eingeführt wurde. S. oben S. 82. Aus dem Umstande, daß hier reverend. abbas und unten rev. prior gebraucht wird, darf man schließen, daß die erste Aufzeichnung dieser Thatfachen in die Jahre 1141—1170 fällt.